

J E S U S!

\*\*

DISSERTATIUNCULA SCHOLASTICA POSTERIOR

DE

STATUIS,

Quā

ACTUM ORATORIUM

DE

STATUIS

POSTERIOREM,

eumq;

ILLUSTRISSIMAE COMITIS

AC DOMINAE,

DN. AEMILLIAE  
JULIANAE,

COMITIS Schvarzburgi &amp; Hohnsteinii,

Natae de BARBY & MÜHLINGA COMITI, DOMINAE Arn-  
stadii, Sondershusae, Leutenbergae, Lohrac  
& Clettenbergae, &c. &c. &c.

MAXIME SOLENNI NATALI XLIX.

DICATUM,

&amp;

a tribus supremac Classis Auditoribus

D. d. XXXI. Augusti circ. hor. VII.

finita prece matutinâ publicâ,

memoriter habendum,

indicit

&amp;

AD EUNDUM

AMPLISSIMOS ILLUSTRIS HUJ. SCHOLAE  
PROVINCIALIS SCHWARZBURGICAE

S T A T O R E S

OMNEISQ. ERUDITOS ATQUE DOCTOS hujus  
LOCI RELIQVOS

CVM


Dn. RECTORE

quam decentissimè

invitat

JO. FRIDERICUS HEKELIUS.

RUDOLSTADII, LETTERIS SCHULZIANIS.



J E S U S!

\*\*



Voniam ante aliquot Mensium spatia,  
cum videlicet ILLUSTRISMI PATRIAEC  
NOSTRI PATRIS Festum Genethlia-  
cum celebraretur publice, STATUARUM  
ONOMATOLOGIAN non solum, sed &  
ПРАГМАТОЛОГИАН, Causam nempe Ef-  
ficientem, Subjecta, Materiam, For-  
mam ac Finem in se complectentem,  
virili pro parte perlustravi, etiam in EARUM Usum, Nobili-  
tatem, Praestantiam atque plura alia, quae in hac Materiā  
nos in admirationem verè magnam rapiunt, hac vice placet  
inquirere. Notandum autem, quod Usus STATUARUM ac  
SIMULACRORUM in res diversas ac varias se extendat, mirifi-  
camq; L. Coel. Rhodiginō <sup>a)</sup> scribente, hominibus praes-  
tet memoriam. Nam in Architecturā AEdiumq; exstruc-  
tionibus vice Columnarum <sup>b)</sup> interdum aliquid sustine-  
bant STATuae, Mensarumq; <sup>y)</sup> & Lectorum Fulcra, sive  
Pedes, in SIMULACRA formabantur varia. Interdum alia  
subibant Ministeria, cujusmodi erant Lampades in usum  
praeferre nocturni luminis, quemadmodum de SIMULA-  
CRIS Juvenum illis Poëtarum dulcissimus, T. Lucretius Ca-  
rus, <sup>d)</sup> hunc in modum canit:

Si non aurea sunt Juvenum SIMULACRA per aedes  
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,  
Lumina nocturnis cipulis ut suppeditentur.

Ute-

<sup>a)</sup> Lib. XXIX. Lect. Antiqu. c. XXIV. col. 1651. G. Conf. Em. Figrelū LIBER SIN-  
GULARIS de Statuis Illustr. Romanor. c. VI. p. 52.

<sup>b)</sup> Has autem Columnas, vel STATUAS, proprie ad AEdes non spectare, ex Lib. L.  
ff. Tit. XVI. l. 245. est collendum, ubi ex Pomponii Lib. X. Epistolar. verba ex-  
tant seqventia: STATuae affixa basibus struilibus, aut Tabulae relegatae ca-  
tenis, aut erga Parietem affixa, aut si similiter cohaerent lychni (pensiles inpri-  
mis,) non sunt AEdium. Ornatus enim AEdium causā parantur, non quod AEdes  
perficiantur.

<sup>c)</sup> Vid. Juvenalis Satyr. XI. v. 121. seqq.

<sup>d)</sup> Lib. II. de Natur. Rer. v. 24. seqq. Usus STATUARUM etiam in hoc olim con-  
sistebat, ut, M. Ann. Lucanō Lib. IX. de B. C. v. 808. seqq. scribente, in Thea-  
tris per minuta quaedam earum foramina expressus odoratus humor, h. e. Cro-  
cus vinō dilutus, seu Imber odoratus, Graecis Κέρας ὁ πανόμηπος, sicuti do-  
ctissimus Thomas Farnabius in Notis Marginalib. ad jam cit. Lucani loc. testatur,  
appositi appellatus, Spectatoribus adspergeretur. Qvō respexisse videtur  
M. Val. Martialis Lib. IX. Epigr. LX. (& qvidem juxta Edition. Langianam ac  
Burmeisterianam) v. 11. & 12. de Polycleti STATUIS hunc in modum canens:

Consuluit nares, an olerent aera Corinthon:

Culpavit STATUAS & Polyclete, tuas.

Ecquid dicam? Herbam in capite STATuae natam collectamq; in vestis  
pannō,

Utebantur & STATUIS atque IMAGINIBUS Veteres, JCTis te-  
stantibus, <sup>a)</sup> in Funerum Pompis, qvandò non proprias tan-  
tum, sed & Amicorum STATUAS singularis affectus causâ  
poni ac erigi jubebantur. Exempli loco sit STATUA ista Enni,  
Poëtae vetustissimi, qvam P. Scipio Africanus Senior Mo-  
numento suo ipse jussit imponi. Ita enim Plinius, <sup>b)</sup> hâc in  
re nequaquam testis corruptus, scribit: Prior Africanus  
Q. Enni STATUAM Sepulchro suo imponi jussit: clarumq;  
illud nomen, immò vero spolium ex tertia Orbis parte ra-  
ptum in cinere supremo cum Poëtae titulo legi. Et ejus-  
modi STATUIS tanta erat quotidiè veneratio, ut, annotan-  
te Figreliò, <sup>c)</sup> EAS, tanquam rem religiosam, acqvè, ac  
Sepulchra, violare ac revellere nemini liceret. Omnium  
autem maximus STATUARUM Usus hic erat, ut Jus  
ASYLI, <sup>d)</sup> cui & Rolandinæ STATUAE <sup>e)</sup> olim accense-  
bantur, non solum ad DEORUM, <sup>f)</sup> sed & insignium,

imper-  
panno, & alligata in linô ruffo capitis dolorem confessim sedare, Plinius, Na-  
turæ mysta haud infelix, Lib. XXXIV. H. N. c. XIX. p. 450. lin. 46. seq. tradit.

- <sup>a)</sup> Leg. Lib. III. Cod. Tit. XLIV. l. 7. ubi Lex vetus, Gordianô & Pompejanô, Roma-  
norum Consulibus, lata, ita se habet: STATUAS Sepulchro superimponere, vel  
Monumento, quod à te exstructum profiteris, Ornamenta, quae pura, superad-  
dere non prohiberis: cùm iure suò eorum, quae minus prohibita sunt, unicuique  
facultas libera non denegetur.
- <sup>b)</sup> Lib. VII. Hist. Nat. c. XXX. p. 116. lin. 8. seqq.
- <sup>c)</sup> Loc. allegatò cap. X. p. 81.
- <sup>d)</sup> Cadmus, cùm Thebas conderet, primum ASYLU M communiter aperuisse fer-  
tur, ad quod fugientes sine discrimine Servi, aut Liberi, ab omni poenâ tuti  
erant, sicuti notat Alexander ab Alexandro Lib. III. G. D. c. XX. p. 153.
- <sup>e)</sup> De HARUM Nominis Occasione, quò Tempore & quâ Occasione istae positaæ, it. de  
Juribus ac Privilegiis, quorum haec ROLANDINÆ STATUAE indices esse perhiben-  
tur, de quæ STATUIS ROLANDINIS nullius Libertatis, elegantem Disputatio-  
nem, Francofurti ad Oderam Eichhornianis litteris A. non adj. impressam, pu-  
blicavit Jo. Fridericus Rhetius, JCTus optimus atque excellenter clarus, in quâ  
capax atque studiosus Lector multa curiosum suum animum omnino recreantia  
passim deprehendet.
- <sup>f)</sup> Conf. Gustavi Carlholmi Vermelandi Sveci, Dissertatio de ASYLIS. Upsaliæ  
d. XXV. Febr. A. M. DC. LXXXII. Virò litteratissimò ac longè celeberrimò,  
Joanne Bilberg, Mathem. Prof. Publ. praesidente, habita, & a clarissimò Ri-  
gensium Demosthene, Henningo Wittenio, Amicô meô magnô, unâ cum Emun-  
di Figreli de STATUIS Romanor. illustrum Librò, quò saepe in duabus his Dis-  
sertationibus sum usus, pluribusq; Opusculis eruditis aliis, è Livoniâ dono  
mihi, qvì tanti beneficii atque favoris nunquam ero immemor, misla, Part. I.  
c. VI. §. 2. p. 88. Hæc probè notandum existimo, STATUARUM (quorundam  
saltē) Deorum, Dearumq; non solum, sed & Imperatorum hoc Jus fuisse exi-  
mium, ut eas à Servis tangi omnino nefas fuerit. Marmorea enim Lavinii basis  
apud Justum Lipsium in Comment. ad Tacit. Lib. III. Annal. p. 161. his verbis ex-  
ornata est:

MAVORTIO

SACR.

HOC. SIGNUM

A. SERVO. TANGI

NEFAS. EST.

A 2

Et

imperitorumq[ue] IMPERATORUM, λ) RE-  
GUM

Et scribit *M. T. Cicero*, ille Oratorum atq[ue] Philosophorum Deus, *Orat. VII.* in *Verr.* qvae habetur Volum. I. *Oration.* fo. 274. fac. b. Edition. *Sturmiano.* *Argentoratensis* in 8v. qvòd *Simulacrum CERERIS* à Virō non modò tangi, sed ne aspici qvidem fas fuerit. Ideoq[ue] sacris hisce STATUIS vela olim oppansa fuisse, *Petrus Colvus* in *Notis ad L. Apuleji Madaurensis Lib. XI. Metamorph.* p. 156. Edition. *Rapheleng.* in 8v. optime commemorat. Ad STATUARUM *Namini-*  
*bis* positarum eminentiam etiam hoc spectabat, qvòd *Eae*, dum nulla Corona, *Pliniô Lib. XVI. c. IV.* p. 267. lin. 38. narrante, nī DEO dabatur, etiam corona-  
tae fuerint. Vid. denuò *Plinius Lib. XXXIV. c. VI.* p. 598. *Lazius Lib. IX.* Com-  
mentar. *Reipubl. Rom. c. XIX.* p. 813. lin. 39. seqv. Huc spectat, qvod *Artemido-*  
*rus Lib. II. de Somniorum Interpretatione c. XXXIV.* p. 231. Edition. *Frobeniano-*  
*Basileens.* in 8v. *Janô Cornariô* interprete, seqventi modò recenset: *Coronare*  
*Deos floribus & ramulis convenientibus, iisq[ue] recepto more dicatis, omnibus bonum*  
*significat; non tamen citra curas eventurunt. Servum autem admonet hoc Somnium,*  
*ut Domino obediatur, & qvae illi grata sunt, faciat. Qvae verba subtilissimus at-*  
*qve acutissimus Paschalius Lib. IV. Coron. c. IX. p. 231. sic est interpretatus: Ac*  
*si dicat, quomodo Coronae in somnis visae Deo gratae sunt: ita servus h[oc] visu*  
*admonetur, ut eam operam Domino praestet, qvae omnium ei maxime adlubescit.*  
*Verba ipsius Artemidori haec sunt: ΣτεΦανὸν Θεός ἀνήστη καὶ πλάσαις τοῖς ωρο-*  
*ηγοῖς καὶ νεομισμένοις ὄσιοις εἶναι ἀγαθὸν πᾶσιν, σὺν ἀνευ μέν τοι Φεγγιδῶν*  
*Σποζησόμδουν. Δέλω τὲ φραγμὲν τὸ τοιότον, πειθεῖς πεχαρισμένα ποιεῖν.*  
*Qvâ formâ autem Simulacula Deorum STATUIS olim fuit imposta, docet Stephanus Zamosius in Analectis Lapidum veteris. & nonnullarum in Dacia Antiqui-*  
*tatum, iisq[ue] *Wolfg. Kovachio*, Regni Transsylvaniae summo Cancellario, in-  
scriptis, & *Francof. A. CHR. M. D. XCVIII.* in fol. reg. litteris Wechelianis im-  
presi. Cap. VII. p. 25. **SIMULACRA** (inqviens) *JOVIS Deorumq[ue]* omnium olim  
pro more Gentium Columnae quadratae insisteant, èo quod haec Figura immo-  
tam habeat praealiquis stabilitatem, arg. èo significari volebant orania, volucris Glo-  
bi instar verti & converti, Deum solum esse stabilem, qui, ut Poëtæ canunt, ipse  
stabilis dat cuncta moveri.*

- λ) Leg. *Carloholm loc. cit. S. V.* p. 98. seqv. ut & *Jo. Henr. Rhonii JUS SUPPLICUM*,  
sive *Dissertatio Historico-Politica de ASYLIS*, Cap. I. p. 16. ubi addit rationem,  
cur in hanc effusam ambitionem primi illi *Reges Imperatoresq[ue]* sint prolapsi,  
nimurum qvòd humilius obsequium à Subditis sperarent, si h[oc] STATUARUM  
cultu Diis se immortalibus aeqvari sinerent. Sed hic honos, dum recens fuit,  
tolerabilem intra modum se continuit, postqvam, crescente vi, *Imperatorum*  
adulatio simul certatim in Aulas *Principum* invasit, moresq[ue] corrupti, ma-  
jor aeqvō *Imperatorum Imaginibus* reverentia haberit coepit: & Majestatis Lege,  
omnium accusationum complemento, saevitum in eos, qui has confarent,  
aut venderent. Ideoq[ue] *Catoni*, Censorum severissimo, impium & audax fa-  
cinus fuerit, cum, *C. Cornel. Tacitô Lib. I. Annal. c. LXXIII.* p. 53. testante, *Cæ-*  
*sins*, Mimus quidam corpore infamis, apud Tiberium impietatis fuerit accusa-  
tus, qvòd hortis venditis *Imaginem Augusti* simul mancipâsset. Et dicunt Ju-  
risperiti nostri, Majestatis esse, ne STATUAE *Cæsar*is vendantur, si jam sint  
consecratae. Conf. *Scipio Gentilis Lib. singulari Originum* p. 268. Et sicuti ne-  
fandum fuerit facinus, STATUAS *Imperatorum* vendere: sic, *Barnabâ Brissoniô*  
*Lib. VII. de Formulis* p. 655. seqv. ex Lib. *XLI. ff. Tit. I. I. 41.* commode tradente,  
erat idem facinus, qvascunq[ue] STATUAS in Civitate positas auferre, vel eas-  
dem detruncare atq[ue] prorsū dejicere. Sribit enim *Tacitus loc. jam alleg. cap.*  
*LXXIV.* p. 36. qvòd *Augusti* STATUAE Caput amputatum sit, & contrà *Tiberii*  
Effigies indita. Immò ejusdem *Imperatoris* STATUAS à magna illius *Antio-*  
*chia* *Syriaca* Civibus, publicorum Tributorum, qvae singulos in dies ab Ex-  
actoribus excogitabantur, cumulationes non ferentibus, foedè prorsū dejec-  
tas esse, (*αἰχνῶς παθέλοντες*) *Zosimus*, Comes ex *Advocatô Fisci*, qvem aeqvē,  
ac *Eutropium*, ex illustri *Sekkendorfianô* donō perpetuò possidebo, *Lib. IV. cap.*  
*XLI. S. I. p. 540.* Edition. *Cellariano-Cizensis* haud incertus autor est. STATUAS  
autem

**GUM** u) atqve PRINCIPUM v) STATUAS, tradente Henrico  
Salmuthio, ξ) multi laboris ac summac eruditionis Virō,  
produceretur. Et ejusmodi Asylum Serpentem illum aeneum,  
à Moſe, fidelissimō DEI Cancellariō, o) in Desertō, man-  
dante ipso DEO, ut ipsa Scriptura Sacra (Numer. XXI, 8.)  
testatur, in Miraculi memoriam, h. e. in expressam qvan-  
dam STATUAE Formam, erectum, ego fuisse arbitror,  
qvoniam ipsum, qvi, praeter illuminatissimi Joannis Evan-  
gelistae testimonium, (Cap. III, 14.) etiam juxta Cabalam π)

VERUS

- autem, sicuti quoque ex Laziō loc. Not. praeced. alleg. p. 811. lin. 39. seqq. ap-  
paret, non solum dejectas, sed & HASTAS fractas esse, Hermannus Hugo Lib. V.  
de Militia Eqv. c. I. p. 315. multis allegatis exemplis, probat. Sic STATUAS  
(facinorosorum & improbosorum homuncionum praecipue) procul vicinia  
honoratorum etiam submotas esse, praeter C. Vell. Patrculum, qui Lib. I. Hist.  
c. XI. §. 3. STATUARUM Equestrium turmam ex Macedonia Romam delatam  
narrat, etiam Figrelius noster loc. persaepe denomin. c. XXV. p. 217. approbans  
confirmat. Caeterū summae erat eminentiae, Heroum ac Imperatorum STA-  
TUAS non solum pingui oleo ungere, sed eas quoque Lauru coronare. Sic  
Alexander M. cum, referente Plutarchō in Ejus Vitā p. 672. C. Tom. I. Oper.  
Ilium transgressus Minervae Heroibusq; sacrificaret, Achillis STATUAM unxit  
pingui oleo. Cur autem Caesaris STATUA Laurea Coronā, cui fascia praeli-  
gata erat candida, exornata fuerit, vid. apud Suetonium in Ejus Vitā c. LXXIX.  
p. 164, Edition. Petrinō Basil. in 8v. & ex eō Not. ΦΦ. ad §. I. Cap. III. Libelli mei  
vilissimi de Poëtar. CORONA Historico Philologici p. 94. Edition. Cygnēae in 12.
- u) Sribit enim T. Livius Patav. Dec. III. Lib. III. ab U. C. p. 157. Edition. Vincentia-  
no. Lugd. in 8v. Decium Magum, Campanorum Principem, ab Annibale vin-  
ctum ad STATUAM Ptolemaei Regis confugisse, deportatumq; à custodibus  
Alexandriam ad Ptolemaicum, dum eum docuisset, contra Jus Foederis vin-  
ctum se ab Annibale esse, vinculis ex votō esse liberatum, permisumq; ut  
rediret, seu Romam mallet, seu Capuam.
- v) Hae pro ASYLIS, cum videlicet ad unum eminentis ac summae Rei Romanae  
summa esset delata, etiam tandem colic cooptae, sicuti videre est ex multis Ju-  
ris Justinianei priscorumq; Autorum locis, q; vos eruditus Rhoniu loc. ad Not.  
λ) cit. p. 15. fideliter allegat. Et notum est cuivis amasiorum atque cultorum  
Themidōs, de his, qui ad STATUAS PRINCIPUM confugiunt, peculiarem in  
CODICE Titulum extare. Et has STATUAS tantō cultu Antiquitas pro-  
qvuta est gentilitia, ut, tradente Paschaliō Lib. X. Coronar. c. XI. p. 698. ante eas  
nihil qvod dictu, factuve turpe duceretur, dici, fieri esset licitum. Qui  
autem hoc magnō STATUARUM honore affiebantur, in Earum Dedicacione  
saepe Sportulas, Divisiones, aut Epulum dabant, carive solenniter ac copiosè ju-  
bebant. Id qvod STATUARUM Titulis atque Inscriptionibus, à Brissoniō Lib.  
VIII. de Formul. p. 726. studiosè collectis, passim est declaratum.
- ξ) In Notis ad Guidonis Pancirolli Tit. XXXIII. Deperditar. p. 219.
- o) Ita enim dicitur illustri Thomae Lansio Oratione I. eāq; de Principatu inter Pro-  
vincias Europae inscriptā, p. 8. Edition. 3. Lucae Evangelistae Acto. VII, 20.  
appellatur εἰς τὸν ΘΕΟΝ, h. e. divinitus venustus, qvoniam Gregorio Nazian-  
zenō Orat. VI. ad Gregor. Nyssenum loquente, Sapientiam suam (addam insignem)  
ab ipso Deo immediatè accepit.
- π) Sunt enim nonnulli, qui ductu suprà citati Joannae. Dicti ipfas MESSIAE &  
SERPENTIS Voces quoq; ad Numeros ita inter se comparant, ut dicant, qvemad-  
modum ωηη, i. e. Serpens, in Numeris conficit CCCLVIII. ita etiam ιηη, h. e. MESSIAS, totidem nobis exhibet. Leg. Jo. Michaēl. Dilherri, Theologi ac  
Philologi, cum viveret, celeberrimi, Atrium L. S. Ebr. Additam. IV. p. 85. ubi  
addit, Autores istos hoc non temerè ac truſtra, sed potius sapientissimō DEI

A 3

confi-

verus CHRISTI Typus erat, intuentes Judaei à morsu Serpentum ignitorum ac venenosorum, qui immittebantur poenae loco in Populum, ex votō convaluerint. Qvōd autem Serpens iste aeneus primitivae Ecclesiae Patribus, ipsisque Papaeis ad excolendam Iconolatriam STATUARUMQUE adorationem <sup>p)</sup> atque exosculationem, <sup>s)</sup> Paganis aeternae ac verae lucis egentibus in primis olim ac etiamnum propriam, occasionem atque ansam nullō modō dederit, contra prolixissimam Jo. Baptiste Casalii, <sup>r)</sup> Viri alias sat docti atque celebris, assertionem ita hoc probandum est, quoniam, ipso <sup>geometrῳ</sup> Codice <sup>v)</sup> teste, Hiskias vel Ezechias,

consilio, occultoqve ipsius aeternae Providentiae ductu, factum censere, ut sic Serpens ille aeneus in eō etiam CHRISTI fuerit Typus, qvōd utrumqve Nomen eundem pariat Numerum.

- <sup>p)</sup> Sic STATUAM istam, quam Saxones victores Welpesholdi erexerunt, etiam à Plebe superstitione cultam fuisse, Albertus Kranzius, magnae famae Historicus, Lib. V. Saxoniae c. XXXVI. p. 130. Edition. Cisneriano-Francof. in fol. haud incertus autore est, quando scribit: *Decimo quinto deinde post centum ac mille anno, quum Imperator HENRICUS in Saxoniam iterum duceret, LUDERUS DUX & REYNERUS Episcopus Halberstadiensis, ac FRIDERICUS Comes de ARNSBERGE justato illi aciem objecerant in loco, qui dicitur WELPESHOLD. Impares quidem numero Saxones, sed virtute & alacritate pares initio, & in fine etiam superiores sunt inventi. Nam, consertis manibus, victoria penes Saxones fuit. Tropaeum erexere Victores in loco pugnae, armatum clavā Virum cum dependentibus armis Saxoniae. Hanc STATUAM rustica Plebs in superstitionem versa coepit, velut Idolum, venerari, arbitrata, esse Antiquitatis Deum, quem dixerūt Jodute. &c. Haecenūs praestantissimus Kranzius. Conf. Athenagoras in Apologīa, vel Legatione pro Christianis, p. 242. & 244. Edition. Rechenbergiano-Lips. in 8v. Heic annectendum existimo, Ethnicorum veteres non solum SIMULACRA ac STATUAS, sed & Lucos ac Sylvas adorare ac venerari solitos esse, quemadmodum testatur ipse Plinius Lib. XII. c. I. p. 216. lin. 48. seq. & ex eo Janus Rutgersius, Vir Phoebo ac Minervae charus, Lib. III. Var. Lect. c. II. p. 198. Edition. Elzeviriano-Lugdun. in 4t. reg. Vid. Plinii Lib. XXXVI. c. V. p. 636. lin. 40. seq.*
- <sup>s)</sup> Leg. Aurel. Prudentii Cl. Apotheosis v. 522. seqq. & Lib. I. contra Symmach. v. 350. seq. Adr. Turnebi Lib. XXV. Adversarior. c. I. col. 922. lin. 25. seqq. Daniel. Fessellii Lib. III. Advers. Sacr. c. VII. §. 4. p. 276. Tom. I. Martini Kempii, Corculi mei favissimi, Dissert. VI. limatissimi Operis de OSCULIS Polyhistorici, muneri mihi Regiomonti Dresdano transmissi, §. XVII. p. 168. ut & Discursus mei de OSCULIS Philologici Cap. III. p. 45. Edition. Chemnic. in 12.
- <sup>r)</sup> Part. I. de Veteribus sacris Christianorum Ritibus c. II. p. 14. Edition. Tanino-Romanæ in fol. Fecit enim ex hoc mandato DEI nostri particulari & prorsus singulari GENERALE, quaerendō: *Quis unquam formatas ex ore DEI IMAGINES andebit impugnare?* Dicitqve porro, Motus animae ad IMAGINEM esse relativus ad rem imaginatam. IMAGINESQUE affectum in pectoribus FIDELIUM, qui illas aspiciunt, excitare, & concludit tandem, praemissis multis aliis, multum adjumenti IMAGINES SACRAS conferre compunctioni, h. e. conversioni nostrae, cum in primis ex Bedae Venerabilis Cap. XIX. de Templō Salomonis sic scribit: *IMAGINUM aspectus (minime nempē superstiosus) multum compunctionis sollet praestare contuentibus, & eis, qui litteras ignorant, quasi vivam Dominicac Historiae pandere lectionem.*
- <sup>v)</sup> II. Reg. XXX, 4. ubi Serpens aeneus יְתָנַחַת, h. e. Particula Aeris, à rad. יְתָנַחַת, qvōd Aes designat, dicitur.

¶ Loc.

chias, hoc *Simulacrum aeneum* cùm reliqvis *Idolis*, Aris  
nempè ac *STATUIS*, combusſit, ſeriò putans ac arbitrans,  
eſſe longè melius, Miraculi monumentum, uti *Dilherrus*, φ)  
beneficorum *Noribergensium* Praefidium qvondam & dul-  
ce Decus, χ) loquitur, antiquari, qvām Filios *Israēlita-  
rum*, cultum qvippe *STATUAE* iſti, ſicuti *Idolis*, neqva-  
qvam malō animō licet, exhibentes, Idololatras fieri. No-  
tum enim eſt, qvòd, *Martino Kempio*, ψ) clarissimū *Bo-  
russorum* Phoebò, apprimè monente, illa adoratio, qvae  
ad *Prototypum*, vel id, qvod imagine repræſentatur, di-  
recta eſt, Verbo DEI & Doctrinae Veteris Ecclesiae apertò  
Marte repugnet. Recte proindè *Franciscus Petrarcha*, ω)  
primus post *Augustaeum Aevum* in *Capitoliō Romanō* Poē-  
TA LAUREATUS dignissimè creatus, αα) ſeqventia verba pro-  
tulit: *Delectari quoque sacris IMAGINIBUS*, qvae ſpectan-  
tes beneficii coeleſtis admoneant, pium ſaepe excitandisq;  
animis utile. Profanae autem, etſi interdum moveant  
atqve erigant ad Virtutem, tum tepentes animi, rerum  
nobilium memoria recalescunt; amanda tamen, aut co-  
tendae, aequò amplius non ſunt, ne, aut ſtultitiae testes, ββ)  
aut avaritiae ministræ, Fidei, aut Religiōni verae ΕΣ  
*Praecepto illi famosissimo: Custodite Vos à SIMULACRIS:*  
*sint rebelles.* Et ut Cultus coeleſtibus Corporibus exhibitus  
pariter vanus atqve perniciosus eſt: ſic, conquerente *Savo-  
narola*, γγ) integerrimò JESU CHRISTI Martyre, δδ) ma-  
gis eſt vanus atqve perniciosus cultus iſte, qvi *Idolis* & *lapi-  
deis*, vel *fusilibus* *STATUIS*, *sculptilibusq;* tam *Hominum*,  
qvām *Bestiarum* abſolutè olim praefstabatur. Auxit hanc  
coecitatē & furores hos Diabolus, Mortalium ille ſeductor  
aſtutus atqve vigilans, cùm (ut *Casperis Peñceri*, εε) Viri  
ob insignem ac ſummam Eruditionem meliore fatò, cùm  
vive-

Φ) Loc. cit. in ſpecie in *Compendiō Lexici* p. 179.

χ) Ita vocavit MAECENATEM *Horatius* Lib. I. Od. I. v. 2.

ψ) Loc. ad Not. σ) alleg. §. XV. p. 162. ſeqv.

ω) Lib. I. de *Remediis utriusque Fortunae* Dialog. XLI. de *STATUIS* agente, p. 135.  
Edition. Leeriano-Roterod. in 12.

αα) Conf. *Qvenstedtii*, venerandi Senis, *Dialogus de Patriis Viror. Illustr.* p. 316.

ββ) SIMULACRA enim inſenſibilia colere extraēnae eſſe dementiae, Hieronymus  
*Savonarola*, Ferrarensis, Lib. IV. *Triumphi Crucis*, ſeu de *Veritate Fidei* c. IV.  
p. 331. Edition. Aertſſeniano-Antverp. in 12.

γγ) Loc. iam cit. p. 330. Ideoqve Petrarcha loc. ad Not. ω) alleg. p. 134. *STATUAS*  
*Oculorum illecebras*, rectissimè appellavit.

δδ) Vid. *Nicolai Reußneri*, Viri, cùm viveret, valdè curiosi ac ſeduli, *Icones*, ſeu  
*Imagines Viror. litteris Illustrum*, p. 22. Edition. II.

εε) Commentar. de *Praecipnis Divinationum Generibus*, in ſpecie de *Oraculis*, fol. 142.  
fac. b. Edition. Fabriano-Serveſtanae in 8v. maj.

*Blatt 150*

viveret, dignissimi, verbis hēc utar) voce, cantu, *Capitis nutu, aversione, inflexione ad Latera, Manuum gesticulationibus, blandiore arrisione, Oculorum contractione & minaci Frontis corrugatione*, aut aliis motibus signa propitiae, vel alienae, aversaeqve atque abhorrentis voluntatis ex variis atque diversis STATUIS quotidiē ferme edidit. Exemplis, quae Propositi atque Instituti mei ratio Chartaeque angustia hāc vice recitare prohibent, hoc sum corroboratus, quando in specie de STATUARUM Miraculis aliō tempore, annuente DEO, pro virili agam. Intercā tres Adolescentes neutriquam mali commatis, Justus MICHAËL HEDWIG nempe, *Regislacensis Schvwarzburgicus*, HENRICUS CASPAR TRAUTMANN, *Rudolfopolitanus*, & LUDOVICUS (D. JUSTI Fil.) SOEFFINGIUS, etiam ē Nostratibus, crastinō die, qvō ILLUSTRISSIMAE COMITIS AC DOMINAE,  
**DN. AEMILIAE JULIANAE,**  
COMITIS SCHWARZBURGI & HOHNSTEINII, NATAE DE BARBY & MÜHLINGA COMITI, DOMINAE ARNSTADII, SONDERSHUSAE, LEUTENBERGAE, LOHRAE & CLETTENBERGAE, &c. &c. **DOMINAE NOSTRAE CLEMENTISSIMAE ac MAXIME BENEFICAE, ANNALEM XLIX,** cumque non ita pridem & d. XIX. huj. Mens. *Augusti* feliciter exortum, in Illustri hoc Athenaeo Provinciali Hohnsteinio-Schwarzburgicō piè ac rite celebrabimus, ē Discentium potiorum Coetu in conspectum prodibunt publicum, non solū de STATUARUM MATERIA, FORMA atque FINE promptā ē Memoriā peroraturi, sed & ILLUSTRISSIMAE MATRI NOSTRAE PATRIAE Virtutis, Reverentiae atque Perennitatis STATUAS, brevissimis insculptis Lemmatibus, Vota ac Desideria nostra pro incolmitate atque longevā vitā ILLUSTRISSIMAE COMITIS NOSTRAE seriò exprimentibus, qvā humillimē erecturi. Qapropter, ut Litteratorum atque Doctorum qvilibet ACTUM HUNC SOLENDEM praesentiā suā splendidā ac valdē gratā haud illubenter condecoret, eā, qvā par est, ratione peto, cuilibet, qui apparebit, qvicquid à tenuitate meā commodē & ex votō potest proficiisci, nequaquam denegatus. Public. Rudolfopoli o. d. XXX. *Augusti*,  
A. MESS. M. DC. LXXXV.

\*\*\*

WOM

MC


J E S U S!

\*\*



virili pro-  
tatem, Pa-  
nos in adn-  
inquirere.  
SIMULACR  
camq;e, I-  
stet mem-  
ctionibus  
bant STAT  
Pedes, in  
subibant N  
præferre i-  
CRIS Juven  
rus, d) hu  
Si non  
Lamp  
Lumi

- a) Lib. XXI  
GULAR  
β) Has autem  
ff. Tit. XV  
tant seqv  
tenis, aut  
mis,) non  
perficiantur  
γ) Vid. Juve  
δ) Lib. II. de  
sistebat, i-  
tris per mi-  
cus vino di-  
ctissimus 7  
appositi a



Voniam ante aliquot Mensium spatia,  
cùm videlicet ILLUSTRISSIMI PATRIAE  
TIS Festum Genethlia-  
r publicè, STATUARUM  
AN non solum, sed &  
n, Causam nempe Ef-  
cta, Materiam, For-  
in se complectentem,  
ARUM Usum, Nobili-  
, qvae in hac Materiā  
piunt, hac vice placet  
Usus STATUARUM ac  
as se extendat, mirifi-  
nte, hominibus præ-  
rā AEdiumq; exstru-  
rdum aliquid sustine-  
ectorum Fulera, five  
varia. Interdum alia  
Lampades in usum  
nodum de SIMULA-  
us, T.Lucretius Ca-

LACRA per aedes  
inentia dextris,  
editentur.

Ute-

Conf. Em. Figrelū LIBER SIN-

AEdes non spectare, ex Lib. L.  
nii Lib. X. Epistolar. verba ex-  
bus, aut Tabulae relegatae ca-  
paerent lychni ( pensiles inpri-  
ausâ parantur, non quò AEdes

RUM etiam in hoc olim con-  
seq. seqq. scribente, in Thea-  
s odoratus humor, h.e. Cro-  
o πανόμη, sicuti do-  
jam cit. Lucani loc. testatur,  
r. Qvò respexisse videtur  
M. Val. Martialis Lib. IX. Epigr. LX. (& qvidem juxta Edition. Langianam ac  
Burmeisterianam) v. II. & 12. de Polycleti STATUIS hunc in modum canens:  
Consuluit nares, an olerent aera Corinthon:

Culpavit STATUAS &, Polyclete, tuas.

Ecqvid dicam? Herbam in capite STATUAE natam collectamq;e in vestis  
panno,